

SCHOLAE
POLITICAE
CLASSES DVAE:

IN QVAVM PRIMA
CIVILIS PRVDENTIAE RVDIMEN-
ta, de modis optime administrandi Imperij; in
altera, Axiomata quædam seu Regulæ in omni
Imperio, Principatu maxime, tam pace
quam bello obseruandæ tra-
duntur.

EX GALLICIS ET ITALICIS SCRIP-
tis, imprimis vero Ioannis Marnixij Baronis Potestij
Resolutionibus seu Maximis Politicis, nuper Gal-
lica lingua editis, con-
gesta.

A GASPARE ENS, L.




COLONIAE.
Apud Gerhardum Greuenbruch.

Anno M. DC. XV.



*Escola Tib. de
Colégio de Quatro
Café*



SERENISSIMO PRIN-
CIPAC DOMINO, D.
FRIDERICO V. COMITI PALATI-
no ad Rhenum, S. Rom. Imperij Ar-
chidapifero & Electori, Duci Ba-
variz, &c. Domino meo
clementissimo.



*Non amplum mo-
do est illustre mu-
nus vestrum, qui
regnatis Elector
Serenissime, sed
graue etiam est arduum esse, ce-
teri aiunt, vos sentitis. Quid e-
nim illustrius, quam unum
quamplurimis velut Deum a-
liquem in terris est praesse est
prodesse? Sed est quid difficilius
)?(2 quam*



Ad beneuolum Lectorem.



Yum nuper in libellum quendam Gallica lingua ab illustri viro Ioanne Marnixio, sub titulo *Resolutionum seu Maximarum Politicarum* editum incidissem, lectione eius ita captus sum, vt in Latinam linguam eius vertendi prouinciam mihi imponi facile passus sim. Quia vero libellus nimis exiguus fore videbatur (quamquam profecto, si res spectes, quauis Iliade maius est) Ioannis Boteri librum *De modis optime administrandi imperij*, adiunxi. Ambos coniunctim iam do, Latina Lingua, etsi forte non ubique Latine loquentes. Operam dedi vt intelligerem; de verborum lenocinijs parum sollicitus. Hic enim vere dici potest:


Ornari res ipsa negat, contenta doceri,

Nectamen non minus morosi Lectoris iudicium extimesco. Ac si

quandoq; bonus dormitat Homerus;

quid ni etiam mihi homini non doctissimo, labanti alicubi venia detur? Offendit aliquid in rebus? Auctori imputa, non interpreti. Suis cuique de religione, de alijs rebus sensus est; in quo mutare aliquid non est meum. Ceterum quæ de rebus bellicis vterque scribit, parce attigi. Rebus enim istis propriam Classem destinavi.

SCHO-



SCHOLÆ POLITICÆ
GLASSIS PRIMA.

CAPVT I.

De arte siue optimo modo administrandi Imperij vel Principatus.



Status, vt trito hac in re vocabu-
lo vtamur, est firmum & stabile
in subditos imperium. Ars impe-
randi, notitia est earum rerum
quæ ad eiusmodi Statû siue im-
perium constituendum, conseruandum &
amplificandum aptæ sunt: quæ etsi tribus his,
quæ iam diximus, omnino continetur; præci-
puè tamen ad conseruationem, tum ad am-
plificationem; minima verò ex parte ad con-
stitutionem siue fundationē imperij spectat.
Imperandi enim ars & Principem & Imperiū
præsupponit, illum quidem tamquam artifi-
cem, hoc tamquam materiam: at Imperium
siue Status non dicitur nisi qui iam constitu-
tus est, quem demum amplificatio sequitur.
Constituendi certè & amplificandi Imperij
vna eademque ars est, vtpotè consimilibus
principijs & rationibus comprehensa. Et
quamuis ea omnia quæ ob dictarum causa-

Status quid.



IOANNIS BOTERI
*Demodo Imperij quam optime
 administrandi,*

LIBER TERTIVS,

CAPVT I.


*Quomodo tractandi sint subditi, ne
 fiant rebelles.*



Eneratim hætenus diximus de
 ijs virtutibus, quarum beneficio
 Princeps tam Amorem populi
 quam Auctoritatem sibi conci-
 liare possit (duplici enim hoc
 fundamento omnis Imperiorum ratio inni-
 titur) reliquum nunc est vt magis speciatim
 ea explicemus, quæ ad Reipublicæ conserua-
 tionem apta sunt ac necessaria.

Ex his prima sunt, Abundantia, Pax, & Iu-
 stitia; de qua supra diximus. Certum enim est,
 ciues seu subditos, dummodo omni externi
 aut civilis, domesticarum etiam insidiarum
 omnisq; iniuriæ metu liberis, rerumque ne-
 cessariarum abundantia affluentibus viuere
 liceat, cetera non multum curare. Exemplo
 nobis

*Abundantia
 populo gratis-
 sima.*



SCHOLÆ POLITICÆ
CLASSIS SECUNDA

In qua
REGVLARVM
fiue
AXIOMATVM POLITI-
CORVM

Sectiones X.

AXIOMA I.

Esse scientiam Politicam.



Vod si omnibus in rebus certa
 quædam ars est ac scientia, adeoq;
 vt cum Poëta loquamur,
Arte citæ velocq;, rates remog;, reguntur,
Arte leues currus, &c.

quis neget, certam quoque esse Reipublicæ
 administrandæ rationem ac scientiam? Rei-
 publicæ, inquam, cuius, velut magnæ nauis
 clauus, vel in vnius, vel paucorum, vel omni-
 um simul manu est: qui tanto maiori arte tra-
 ctari ac regi debet, quanto illa pluribus &
 atrocioribus tempestatibus ac procellis in

*Arti guber-
 nandi certæ
 est.*